



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 12. Iucunda narratio super ambiguitate voculæ cuiusdam, quæ
duobus eruditissimis hominibus errorem obiecit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Secunda narratio super ambiguitate vocula cuiusdam, que duobus eruditissimis hominibus error rem obiecit.

CAP. XI.

INTERPRETABAR nuper publicè librum Se-
cundum, quo sanctus ille Philosophus querit, quare
mala bonis viris accident, cùm sit Prudentia. Cum
que venutum esset ad eam partem in qua ipse grauiter
infidetur luxum temporum suorum, accidit, ut ego
quaque in eo loco tractando enumerarem multa ge-
tata peregrinarum avium quas veteris Romani è
memorissimis totius orbis partibus petitas mensis in-
ferre soliti essent. Venit ad me triduo post unus eo-
num qui tum interfuerant, horro & suo iudicio eru-
ditissimus, & meo non ineruditus. Isque cùm aliquot
familiaribus meis mecum vna esse vidisset, dissimu-
lauerat quidem, sed ita tamen ut artificium appareret,
cepit operā dare ut sermo noster, aliis de rebus sus-
cepimus, in mentionem eius disputationis quae triduo
ante à me habita erat, sensim delaberetur. Tum quasi
occasione nactus ostentanda eruditio[n]is suæ: Nel-
lent, inquit, à te tum pratermissam vnius autis men-
sucem, ex qua vna inexplibilis veterum libido in
exquisitis dapibus conquirendis vel maximè cogno-
si poterat. Quam, quæso? inquam. Phœnicem, in-
quit ille. Obscoero te, etiam phœnicem illi esitabant?
Tene, inquit. Neque multi, inquam, neque sèpè id
facere poterant. aiunt enim eam auem vnicam toto
cebreterit, & viuere annos, opinor, sexcentos sexa-
ginta, & cùm ipsa sibi rogam construxerit, funusque
ficerit, tum eodem illo ex rogo renasci. Sed ego si-
gnamenta esse illa poëtarum putabam. Tu vero, quem,
villorarum inuentu dapes, ita omnia in studiis rara
& exquisita delectant, ede nobis nomen gulonis il-
lius,

Muretti
Lectio[n]es
III
25

lius, qui tanti putauerit palato gratificari, ut tam pa-
chram auem in perpetuum sustulerit. certe enim
cum unica toto orbe sit, neque nisi ex se renascatur
interfecta vna, totum genus extinctum est. Anque
fortassis caussa est, cur nullus iampridem Phoenicu-
periatur. Ludis tu quidem, inquit ille, & solita illa
animulatione veteris: sed si tum inspexisses librum
Plutarchi De valetudine tuenda, didicisses et
istius avis, quam tu nullam esse putas, cerebrum quo
cc quidem esset, sed dolorem capitidis inducere, quo
tamen grauis auctor numquam prodidisset, nisi saltem
ab iis qui id gustassent, audiisset. Istud vero, inquam
magis etiam mirum fuerit, qui semel eum cibum ga-
stassent, neque enim potuere sepius tam citio, & tan-
distincte naturam illius percipere potuisse. Nam ego
ita ex Aristotele didiceram, è memoria eius quod ha-
pè eodem modo contigisset, experientiam, è multis
autem, scio hoc Latinum nō esse, sed dabitis veniant,
experiens artem effici. De isto, inquit, tu videns me
hi satis erit, si tibi Plutarchi locum ostendero. Simil-
que librum è situ protulit, in quo cum aliis quibus-
dam erant, & vixiā Plutarchi, Erasmo, ut puto, inter-
prete: nomen enim ita deletum erat, ut tamen ex di-
ctibus litterarum agnosceretur. In eo autem ita plane
scriptum legebatur: *Nam Phoenicis cerebrum cum sit al-
modum dulce, tamen aiunt capitidis dolorem parere.* Homo
igitur qui eam vnam ob caussam venisset, atque ei
vnum operis habuisset, cum dicto, vix salutatis no-
bis, causatus sibi nescio quid negotij esse, discessit. Eo
digresso, visum est iis qui aderant, etiam Xylandri in-
terpretationem inspicere. Is autem ita locum illum
reddiderat: *Cerebrum Phoenicis dulce admodum est, sed
dolores capitidis inducere feruntur.* Tum ego, Vna, inquam,

Graecia

Circa vox paulo negligentius expressa, videte, quantum errorum & fidelitatis illi nostro, qui modò discessit, fortasse etiam aliis obiedierit. Φοινιξ enim Græcè palma est, cuius arboris nō tantum fructus esui sunt, sed etiam medulla, quam & Græci ἐγκέφαλον, & Latinis cerebrum vocant. De illa autem loquitur Plutarchus, non de Phoenicis commenticiæ anis cerebro. Theophrastus libro secundo *de cœrvorū*, ubi de Palmatum generibus agit, καὶ τὸ ἔξαρπτον τῆς πυνεῖλης, ζῶον, λείψεις τοῦ τοῦ ποταμοῦ ταχανέων. Plinius: Sunt & cœra Palmarum quoque silua germinantes rursus ab radice. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant: exemptaq; viunt, quod non alia. Meminit & Galenus libro octauo De facultatibus simplicium medicamentorum, & alij. Quod autem hic ait Plutarchus, ē Xenophonte videlicet sumpsit, apud quem id relatum est libro secundo Anabaseos.

Quiddam de Vrforum adipe dictum à Theophrasto, non satis ex fide à Plinio relatum videri.

CAPUT. XIII.

VIDETVR Plinius non semper inspexisse veterum libros, cum quæ ab eis scripta erant, referre vellet: sed interdum nimis fidens memoriae suæ, quædam non satis fideliter tradidisse. Quale est quod scribit libro octauo, Theophrastum credere, certo quodam tempore anni, quo latè vrsi & supra modum pingue scere, altissimo somno oppresi solent, coctas quoque eorum carnes, si asseruentur, increscere. Neque id Theophrastus de coctis carnis, quod prorsus incredibile est, sed *de cœrvorū*; id est, de adipe dixit. Adscribam verba nobilissimi Philosophi ex libro De odoribus, ut ea politissimus & accuratissimus in-

Z terpres

Muretti
Lectio 2.
III
Z 5